

per theo-
logiam :
naturæ
vero per
philoso-
phiam.

à Deo creati sumus ut cognoscamus & opera Christi per Theologiam, & opera naturæ per philosophiam. Hoc unum te latere nolo (candide lætor) libros philosophorum omnes, quicūq; de abstrusa illa Hermetica medicina loquuntur, nihil esse, quam spagyricos labyrinthos, quibus plerique artis discipuli in varias ambages, & viarum fraudes incidunt. Ita ut ad hunc usque diem aut nulli aut paucissimi exitum verum invenerint. Si enim via quedã facilis in hoc labyrintho sese aperit errantibus, quæ videtur recta ad fores extremas deducere, mox occurrunt irremeabiles anguli, qui perpetuis carceribus devios includunt. Sic sunt philosophorū scriptis offerunt sese interdū, & faciles & manifestæ viæ, quæ prima fronte intuentibus, secundū literã planæ videantur: Mox incauti operatores apertis philosophorum verbis decepti, innumeris dolis implicantur. Accedit ad hæc, quod multi pseudochemistæ multos suis fraudibus, & sophismatibus decipiunt, vendentes & spargentes mendaces chemicas operationes & charitas, quibus nimium credulis, aureos promittunt montes & lolium seminantes triticum expectare jubent.

Libri philosophorum acriter iudicio sunt legendi.

Quare ego commiseratione tactus hosce tractatus plenos veritatis & rationum physicarum tibi offero, in quibus integram artem perspicue tamquam in tabella depictam habebis. Hos examina, perpende & firmis argumentis animi tui opinionem muni, sic errare non poteris. Qui enim omnibus sophismatibus absq; iudicio credit volens decipitur, vera ars multis involucris tecta est, quibus incauti facile intricantur. Ergo antequam operari incipias, causas rerum naturalium prudenti consilio perpende, aut noli rem aggredi: satius est tempus solerti iudicio & meditationi tribuere, quam temeritatis & stultæ inconsiderantiæ poenas luere. Tu, amice lætor, benigno animo editum benigniore suscipito, fideliter &

ter &